

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Christophoro Ruellio S.D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

Christophoro Ruellio S. D.

Quod iterum ad me scribis, specimen mihi præbes egregium non modo diligentie tue in literarũ studijs, sed etiam humanitatis, quæ nim habet maximam ad assuefaciendum animum ad omnia uirtutis officia: ac planè uirtutum præcipuarũ nutritrix est. Gratulor igitur hanc indolem: & precor Christum, ut studijs fratris tui faueat. Quod polliceris te præceptori fore obsequentè: facile est, inquit ille, imperium in bonos. Itaq; te quoq; præditum tali humanitate & suauitate ingenij, spero nusquam recta monentibus aut parentibus aut præceptoribus defuturum esse. Patri tuo, uiro optimo, saluiter dices meis uerbis reuerenter: ac narrabis, me principi Moguntino meos Romanos misisse: eumq; honorificum munus donasse. Bene uale.

Eidem.

Dei beneficio heri ad Salinas peruenimus, non sine negotio eluctati ex altissimis niuibus, quæ uia ita obruebant, ut agnosci non posset. Sed, Deo ducente, nusquam procul uia aberrauimus. Hæc patri tuo, uiro optimo, meis uerbis narrato. Scio enim ei curæ esse nostrum iter. Tuos præceptores meis uerbis saluta. In Salinis de Viteberga nihil noui audiimus, nisi nuptias. Cras enim D. præfectus noster pompam nuptialem celebraturus est. Co-

z s chlaus